UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Christophori || Helvici || In Academia Giessena Quondam Do-||ctoris & Professoris, Theologi, Philo-||sophi, Historici, Chronologi, Philologi || laudatissimi, Libri || Didactici,|| Grammaticæ || ...

**Helwig, Christoph**

**Giessae, 1619**

Pars Tertia. De Vocum Constructione

urn:nbn:de:hbz:466:1-70031

Visual Library

P A R S  T E R T I A.

DE

# VOCUM CONSTRUCTIONE

| Conſtructio Principalis. | | VARIATIO. |
|---|---|---|
| *Filius* { *unigenitus* / *Dei* } *acquiſivit mundo ſalutem potenter per mortem, in cruce, & mortuus eſt.* | | *Salus acquiſita eſt mundo à Filio unigenito Dei eſt.* |
| 1. *Filius unigenitus* — | Adjectivum & Subſtantivum cohærent, eodem { Genere Numero & Caſu.<br>[*Si Adjectivum declarandi cauſâ addatur.*]<br>¶ *Sed Relativum cum Subſtantivo antecedente non ſemper Caſu eodem cohæret. Nam is reſpondet voci ſequenti, à qua regitur.*<br>¶ *Subſtantivis duobus vel pluribus per conjunctionem copulatis, cohæret Adjectivum plurale (ut: filius & pater coæterni.)* | Omnium vocum ſeries eſt promiſcua.<br>[*exceptis pauciſſimis vocibus inflexibilibus, de quibus parte 2. dictum.*] |
| 2. *Filius Dei* — | Subſtantivum cum Subſtantivo rei diverſæ, Genitivo jungitur.<br>*Et ſic Adjectiva Neutra, Subſtantivè uſurpata, Genitivo junguntur, (ut: bonum naturæ, multum boni, aliquid mali.)* | |
| 3. *Filius acquiſivit* — | Nominativus præcedit Verbum Finitum eodem Numero & Perſonâ.<br>[*Etiam Adverbium interdum loco Nominativi præcedit. Item Infinitivus. Item integra ſententia. Sed Imperſonalia carent Nominativo.*<br>¶ *Nominativis pluribus diverſarum rerum ſæpe ſubjungitur Verbum Plurale.* | *acquiſita eſt à filio* —<br>Verba Paſſiva aſciſcunt Præpoſitionem A vel AB, cum Ablativo rei agentis. |

| | | |
|---|---|---|
| 4. *acquiſivit mundo.* | Quodlibet Verbum admittit Dativum perſonæ aut rei, cui aliquid tribuitur, deſtinatur, vel adimitur. | |
| 5. *acquiſivit ſalutem.* | Activa Verba aſciſcunt Accuſativum rei patientis. [*Neutra quoq; Verba aſciſcunt Accuſativum Neutrum Pronominis.*] | *ſalus acquiſita eſt, &c.* |
| 6. *acquiſivit potenter* | Adverbia ſubjiciuntur Verbis Participiis Nominibus, & aliis Adverbiis. | |
| 7. *per mortem* / 8. *in cruce* } —— | Præpoſitio aſciſcit ſuum Caſum. | |
| 9. *acquiſivit & mortuus eſt* —— | Conjunctio aut ſimiles voces conjungit, aut orationem orationi attexit. | *acquiſivit mortuus, vel moriens.* |
| 10. *Credo acquiſiviſſe.* | Duorum Verborum (abſque conjunctione concurrentium) alterum ponitur in Infinitivo. | 12. *Credo quòd* { *filius acquiſiverit* / *ſalus acquiſita ſit.* } Poſt Verba Senſuum & Affectuũ, Accuſativus poteſt mutari in Nominativũ & Subjunctivum per QUÒD. |
| 11. *filium acquiſiviſſe.* | Accuſativus præcedit Infinitivum. [*Deus voluit, filium acquirere &c.*] | 13. *Voluit ut acquireret* Poſt Verba voluntatis aut Efficientiæ Accuſativus poteſt mutari in Nominativum & Subjunctivum per UT. |



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## SPECIALIS Conſtructio CASUUM.

| | | |
|---|---|---|
| *14. qui fuit cupidus* | Verba Finita recipiunt etiam poſt ſe Nominativum.<br>[*Is Nominativus vertitur in Accuſativum, quando verbum in Infinitivo ponitur.*] | VARIATIO. |
| *15. cupidus ſalutis* | Genitivum aſciſcunt Adjectiva, quæ ſignificant 1. Curam: *anxius, curioſus, fidus, ſolicitus, ſtudioſus, ſecurus.*<br>2. Deſiderium; *avidus, cupidus, faſtidioſus, pertæſus;*<br>3. Notitiam: *ambiguus, certus, conſcius, conſultus, dubius, doctus, docilis, gnarus, ignarus, incertus, indoctus, imperitus, inſcius, inconſultus, imprudens, immemor, memor, neſcius, peritus, præſagus, præſcius.*<br>4. Metum; *timidus, territus, imperterritus, trepidus;*<br>5. Crimen; *inſons, innocens, noxius, obnoxius, purus, reus.* — aut contrà<br>[*Cõſcius* { *facinoris* / *facinori* / *ſibi facinoris.* *Certus, Solicitus, Securus, Dubius* { *rei* / *de re* / *in re* *Reus mortis: de ambitu. Inſons cædis: crimine cædis. Obnoxius timoris, timori.*] | |
| *16. Capax infirmitatum* | Verbalia in AX; item Participia in NS quando ſignificant habitum, *Genitivum aſciſcunt.* — Genitivus | |
| *17. afflictiſſimus omnium* | Partitiva & partitivè uſurpata; *Genitivos plurales aſciſcunt, ut ſunt* — { *1. Partitiva: Quidam, Nullus, &c.* / *2. Comparativa & ſuperlativa in partitivo ſenſu.* / *3. Numeralia.* / *4. Pronomina in partitivo ſenſu.*<br>[*Vel Genitivos ſingulares Nominis collectivi.*] | *afflictiſſimus inter omnes, ex omnibus.* |
| *18. recordatur miſericordiæ.* | Verba Memoriæ & Oblivionis, *Genitivum aſciſcunt.*<br>[*Vel etiam Accuſativum rei*] *ut: Memini, Recordor, Reminiſcor, Admoneo, Commonefacio.* | |
| *19. miſertus hominum* | Miſereor Miſereſco, Satago, Erubeſco, *aſciſcunt Genitivum.* [*Erubeſco* { *hujus rei* / *hanc rem* / *hac re* / *cum Infinitivo* *Miſeror, Commiſeror aliquem.*] | *miſeratus commiſeratus homines.* |
| *20. accuſatus ſeditionis* | Verba Accuſandi, Damnandi, Abſolvendi; *aſciſcunt Genitivum pœnæ vel criminis.*<br>[*Condemno* { *capitis* / *capite, crimine.* *Poſtulo* { *repetundarum* / *de repetundis.* *Afficio aliquem ſupplicio. Multo aliquem pecuniâ.*] | |

*21. invi-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

21. *invisus Phariſæis* — Adjectiva quæ ſimilitudinem, Affinitatem, Commodum, Habilitatem, Proprietatem, Amicitiam, aut contrà ſignificant; Dativum aſciſcunt.

[ *Sic & Verba, Congruo, Convenio, conduco, Confero, comparo, Aſsimilo, Reſpondeo, Æquiparo.* ]

¶ *Sed Genitivum vel Dativum promiſcuè: affinis, finitimus, germanus, communis, diſsimilis, diſpar, par, propinquus, ſocius, vicinus. Dativum, vel præpoſitionem* A D *promiſcuè: aptus, accommodus, conducibilis, ineptus, deſtinatus, habilis, inhabilis, idoneus, inutilis, neceſſarius, proclivis, pronus, utilis.*

[ *Communis-multorum; multis, cum multis. Alius, Diverſus-ab hoc. Idem-huic, quod hoc, atq; hoc.* *Propior* / *Proximus* } *monti, montē (à monte.*

*Alienus-à dignitate. (Rarò ſic: Alienus dignitatis, dignitati, dignitate.) Congruo, Convenio, Confero, Comparo-huic rei, cum hac re.*

22. *adeſt nobis.* — Compoſita cum S u m, *aſciſcunt Dativum. Item hæc Impersonalia, Accidit Conducit, Contingit, Conſtat, Evenit, Libet, Licet, Liquet, Reſtat, Vacat.* [ *Excipe Abſum--domo, à domo.* ]

23. *laudandus piis.* — Participia in D u s, & Gerundia; *Dativum perſonæ aſciſcunt, cui neceſsitas vel officium incumbit.* — *laudandus à piis.*

24. *eſt ei anima.* — Verbo E S T habendi ſignificatione, *jungitur Dativus perſonæ cum Nominativo rei.* — *habet animam.*

¶ *Si verò Verbum* S U M *ſignificet poſſeſsionem aut proprietatem alterius, ſumitur Genitivus perſonæ.*

25. *eſt ei voluptati.* — Verba; S u m *(pro affero)* Duco, Do, Habeo, Verto, Tribuo, *admittunt Dativos geminos.*

¶ *Si Verbo, Sum & Dativo perſonæ, additur præpoſitio* A, AB, *denotatur officium.* [ *ut; Eſt principi à ſecretis i. e. ſecretarius principis.* ]

Dativus

*26. docere*

VARIATIO.

*26. docere nos veritatem.* Accuſativos geminos admittunt, Verba Docendi, Exiſtimandi, Faciendi, Monendi, Noſcendi, Nuncupandi.

[ *Sic interdum & verba Poſcendi & Percontandi, Monendi, licèt rariùs. Nam illa frequentiùs aſciſcunt Præpoſitionem ut:*

*Exigo, Flagito, Poſco, Rogo* { *te pecuniam* / *à te pecuniam.* — *Peto à te pecuniam.*

*Admoneo, Moneo, Celo, Edoceo* { *te hanc rem* / *te de hac re.* — *Percontor, Quæro* { *hoc à te.* *Sciſcitor, Scitor.* { *hoc ex te.* *Percontor—te de hac re.*

*27. juvat nos* Accuſativum regunt; Amo, Diligo, Celo, Juvo, Jubeo, Imitor, Impedio, Impugno, Oppugno, Levo, Lædo, Inſequor, Perſequor, Proſequor, Odi, Sano, Sequor, Sector, Refero, Repræſento.

*28. antecellit omnes* Verba { Cedo, Cello / Curro, Eo / Sto, Verto } cum Ante & Præ compoſita aſciſcunt Accuſativum. — *antecellit omnibus.*

[ *Interdum etiam Dativum, ut inprimis Præſto.* ]

*29. prædicavit quadrienniū* Quæ Menſuram, Spatium, Durationem ſignificant aſciſcunt Accuſativum. — *prædicavit quadriennio.*

[ *Interdum etiam Ablativum, ex ſequenti regula:* ]

(Accuſativus)

*30. inſignis victoriâ.* Nomina & Verba aſciſcunt Ablativum Modi, Cauſæ, Inſtrumenti, Materiæ, Partis, Precii, certi Temporis, & cujuſcunque Determinationis.

[ *Excipe Genitivos precii: Tanti, Quanti, Pluris, Minoris, Tantidem, Quantivis, Quanticunq;.*

*parvi æſtimatus.* ¶ 1. *Verbum Æſtimo etiā alios Genitivos precii admittit, unâ cum verbis eodem ſenſu æſtimādi uſurpatis (Duco, Facio, Fio, Habeo, Pendo, Sum) nempè: Majoris, Maximi, Plurimi, Parvi, Minimi, Nihili, Nauci, Flocci. Et (præcedente negativa) pili, teruncii, aſſis, hujus.* — *parvo æſtimatus.*

[ *Æqui boniq; conſulo, facio. Boni conſulo. Pro nihilo duco, habeo, &c.* ]

*diſcruciatus animi.* ¶ 2. *Adjectiva & Verba perturbationem animi ſignificantia, aſciſcunt Genitivum vel Ablativum Animi, Animo (Anceps, ambiguus, certus, dubius, incertus, trepidus, territus, angor, diſcrucior, pendeo:)* — *diſcruciatus animo.*

*fuit manſueti animi.* ¶ 3. *Cùm Forma aut Qualitas alicujus deſcribitur; Nomina Subſtantiva & Verba Subſtantiva aſciſcunt Ablativum: Et interdum Genitivum (per defectum) ut: fuit manſueto animo (ſcilicet præditus) fuit manſueti animi (ſcilicet homo) Et fuit manſuetus animo.* [ *Solo Genitivo dicitur: Frugis, precii.* ] — *fuit mãſueto animo. fuit mãſuetus animo.*

[ *Solo Ablativo: Genere, Natione, Nomine, Ortu, Natu, Origine, Patriâ.* ]

(Ablativus)

*31. plenus gratiâ.*

Adjectiva & Verba, quæ Copiam & Inopiam ſignificant, Ablativum aſciſcunt.

¶ 1. *Quædam etiam Genitivum tantùm: Benignus, Compos, Conſors, Exors, Fertilis, Impos, Impotens, Largus, Prodigus, Particeps.*

2. *Quædam Genitivum vel Ablativum: plenus, egeo, indigeo, dives.*

3. *Ablativum frequentiùs; captus, caſſus, contentus, orbus, onuſtus. Abundo, compleo, impleo, obſaturo, ſaturo, repleo.*

4. *Genitiv. Ablativ. vel præpoſition. A' Inops, Immunis, Nudus, Purus, Vacuus* { *rei* / *re* / *à re.*

5. *Ablativ. vel Præpoſition. A' felix, firmus, inſtructus, imparatus, paratus.*

6. *Ablativum tantùm: gravis, gravidus, mancus, mutilus, præditus, turgidus. Fluo, (cum compoſitis) deſtituor, deficio, deficior, mano, redundo, turgeo.*

7. *Opus tripliciter conſtruitur* {
*Opus eſt mihi libris- Dativo perſonæ, & Ablativo rei.*
*Opus mihi ſunt libri- Dativo perſonæ, & Nominat. rei.*
*Opus eſt, me habere libros- Infinitivo.*

*VARIATIO.*
*plenus graiâ.*

*32. ſublimior Angelis.*

Comparativi aſciſcunt Ablativos rei ſuperatæ.

[*Ii exponi poſſunt per Quàm, Ac, Atq;, cum alio Caſu, qui præcedenti correſpondet.*]

*ſublimior* { *quàm angeli* / *atq; angeli.*

*33. dignus celebratione*

Dignus, Indignus, Fruor, Utor; aſciſcunt Ablativum cauſæ vel rei patientis.

[*Sic Dignor, dedignor, Confectus, Fretus, Fungor, Gaudeo, Lætor, Nitor, Pòtior, Victito. Sed Potior rerum, rebus. Fungor officium, officio. Veſcor cibum, cibo.*]

*dignus qui celebretur.*

*34. contrito Diabolo*

Duo Ablativi junguntur ad deſignandam conſequentiã.

[*A Participiis in NS uſitatior hic eſt Ablativus in E.*]

*poſtquàm* { *contrivit* / *contrivisset.*

*35. differt à peccatoribus*

Verba Abſtinendi, Auferendi, Prohibendi, Diſtandi, aſciſcunt Præpoſitionem A vel AB, cum Ablativo.

¶ *Hæc verò interdum Ablativum ſolum: Arceo, Abſtineo, Cedo, Exulo, Moveo, Pello, Intercludo, Prohibeo--urbe, ab urbe. Hæc ſemper Ablativum ſolum: Abdico, Interdico, Superſedeo.*]

36. miſe-

*36. miſeret eum noſtri.* — Imperſonalia; Miſeret, Pudet, Piget, Tædet, Pœnitet; aſciſcunt Accuſativum perſonæ cum { Genitivo. / Infinitivo.

*37. nos decet agnoſcere.* — Imperſonalia; Decet, Dedecet, Delectat, Juvat, Oportet; aſciſcunt Accuſativum cum Infinitivo.

*38. intereſt hominum agnoſcere.* — Imperſonalia; Eſt, Intereſt, Refert; aſciſcunt Genitivum perſonæ & { Infinitivum. / Subjunctivum.

¶ *1. Loco Genitivi eſt pronomen poſſeſſivum.* { *Meum, Tuum, Suum* / *Noſtrum, Veſtrum* } *eſt.* *Mea, Tua, Tua, Noſtra, Veſtra* } *intereſt refert.*

*2. Interdum dicitur: Intereſt ad. Refert ad.*

} Imperſonalia.

---

*39.* { *fuit Canæ* / *rediit Canam* / *abiit Canâ* } — Nomina Oppidorum & Pagorum conſtruuntur tripliciter — { In Loco, cum Genitivo.
¶ *In 3. Declinatione (& Pluralibus tantùm) cum* { *Dativo vel Ablativo.*
Ad Locum, cum Accuſativo.
De Loco (& Per Locum) cum Ablativo.

¶ *Hanc conſtructionem imitantur quinq; Appellativa* { In Loco; *Domi, Humi, Ruri & rure, Belli, Militiæ.* / Ad Locum; *Domum, Rus.* / De Loco; *Domo, Rure.*

} Nomina Locorum.

---

## *Appendix Generalis.*

*40. quid ac quiſiverit.* — Interrogativa, quando non interrogant, aſciſcunt Subjunctivum.

*41 quid acquiſivit?* — Interrogativa, quando directè interrogant; aſciſcunt Indicativum.
*Quando indirectè ſeu obliquè, potentialiter aut dubitativè; aſciſcunt Subjunctivum.*

*42. ſuâ morte* — Pronomen Reciprocum (Sui, Suus) uſurpatur in formulis Germanicis, Sich/ Sich ſelbſt/ Seinſelbſt/ Sein ägen.

[ *Aliàs ſumitur Demonſtrativum, ut: vitam ſuam,* ſein läben/verſteh/ſein ägen läben. *Sed vitam ejus:* ſein läben/verſteh/eines andern.

Derivatum ſequitur conſtructionem ſui Primitivi:

*1. Participium, Gerundium, Supinum — Verbi ſui.*
*2. Comparativus & Superlativus — Poſitivi ſui.*
*3. Adverbium — Nominis ſui.*
*4. Comparativus & Superl. Adverbii — Nominis poſitivi.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## SPECIALIS Conſtructio PARTICULARUM inflexibilium.

| | |
|---|---|
| *Satis, Abunde, Affatim, Parum, Partim, Paululum, &c.*—*verborum.* | 43. Adverbia Copiæ & inopiæ, aſciſcunt Genitivum. |
| *victoria* { *ergo* / *causâ* / *gratiâ.*    *inſtar montis.* | 44. Inſtar, Ergò, Causâ, Gratiâ, aſciſcunt Genitivum.<br>¶ *Semper poſtponuntur, Ergo, Causâ, Gratiâ.* |
| *Eò, Huc*—*dementiæ* | 45. Eò, Huc; aſciſcunt Genitivum. |
| Ubi, Ubivis. *Quò, Quocunq;*, Ubicunq;, *Nuſquam, &c.* { *terrarum.* / *gentium.* | 46. Adverbia Loci ſæpe aſciſcunt hos Genitivos—Terrarum, Gentium. |
| *Poſtridie, Pridie,* { *ejus diei* / *eũ diem* ¶ *Poſtero, Altero* { *anno* / *die* / *menſe* } *quàm, poſtquàm* / *quàm abierat, &c.* | 47. Pridie, Poſtridie; aſciſcunt vel { Genitivum / Accuſativum / Conjunctionem Quàm. |
| *En, Ecce* { *dextra.* / *dextram.* | 48. En, Ecce; aſciſcunt Nominativum vel Accuſativum. |
| Ne—*cede, cedas.* | 49. Ne (prohibitivum) aſciſcit Imperativum vel Subjunctivum. |
| *In, Sub, Subter, Super* { *montem,* den berg. / *monte,* dem berge. | 50. In Sub Super Subter; Accuſativum aſciſcunt, cùm ſignificant motum ad rem: Ablativum, cum motum à re. |
| Nomine *tenus, Eatenus.*<br>*Crurum tenus. Cumarũ tenus* [*cuma; plurale tantùm.*] | 51. Tenus aſciſcit Ablativũ. ¶ *Et ſemper poſtponitur.*] Si verò Nomen ſit Plurale tantùm; aut ſi res geminæ ſignificentur Genitivum Pluralem. |
| Cùm, wenn { *audio*——*moneo.* / *audiebam*——*monebam* / *audivi*——*monui, moneo.* / *audiveram*——*monebam* / *audiam auditurus ſum*——*monebo.* | 52. Cùm (wann) aſciſcit Indicativum, aut Subjunctivi Futurum. |
| Cùm, alß { *audirem*—— / *audiviſſem*—— } *monerem monuiſſem.* | 53. Cùm (alß/nach dem) aſciſcit Subjunctivi { Imperfectum vel / Pluſquamperfectum. |
| Cùm, dieweil/da doch---*audiam audiverim, auditurus ſim.* | 54. Cùm (dieweil) aſciſcit ſubjunctivi Præſens, aut Perfectum, Futurum Compoſitum. |
| Cùm, daß--*tantoperè amat literas, gaudeo* [*i.e. Quòd.*] | 55. Cùm (daß) aſciſcit Indicativum. |
| Cùm *hoc, tùm illud,* båid diß und das.<br>Cùm *audit, tùm legit,* båid hört und liſet er. | 56. Cùm, Tùm / Tùm, Tùm } (båid) ſimiles Caſus vel modos copulat. |

57. UT Cauſale (daß) uſurpatur,)

1. ad exprimendam cauſam finalem, auf daß damit.
2. poſt Verba ſignificantia Voluntatem, Efficientiam, Juſſum, Contingentiam.
3. poſt particulas intendendi { Ita, Adeò, Tam, Tot, Toties, Talis, Tantus, Eò, Huc.

[*Aliàs uſurpatur Quòd.*]

1. *aſſumit, ut acquirat.*
   *aſſumſit, ut acquireret.*
2. *Volo, Cupio, Peto, Rogo, Efficio, Iubeo, Mando, Præcipio, Suadeo, Accidit, Evenit, Contingit, Fit, &c.* ——— UT.
3. *ita, adeò, tàm, placidus* —— *ut nihil ſuprà &c.*

58. UT cauſale, NE, QUO, QUIN, aſciſcunt Subjunctivum.

*VARIATIO.*

*ut acquireret ſalutem* { *acquirendæ vitæ gratiâ* / *ad acquirendum ſalutem* / *ad acquirendam ſalutem* / *quò acquireret ſalutem* / *acquiſitum ſalutem* } *Supina in* UM *aſciſcunt caſum Verbi ſui. (vel abſolutè ſine caſu ponuntur)*

[*Et ſignificant motum* AD *rem.*

[*Salus acerba acquiſitu* —— *Supina in* U *adduntur vel Adjectivis, Modum aut Facultatem ſignificãtibus: Vel Verbis ſignificantibus motum* A *re.*]

---

59. Poſt Verba Timendi, NE ſignificat affirmativè, UT negativè.

[*Timeo, Metuo, Paveo, Vereor, Metus eſt, Periculum eſt.*]

*Metuo, Metuam* — NE { *audiat*, ich ſorg daß ers höre / *audiverit*, gehört habe / *auditurus ſit*, hören werde.

*Metuebam, metui metueram* } NE { *audiret*, ich ſorg das ers hörte / *audiviſſet*, daß ers hette gehört / *auditurus eſſet*, daß ers hören würde.

60. Poſt Verba (Dubito, Neſcio, Ambigo, & Similia) ſequitur vox Interrogativa, cum Subjunctivo.

*Dubito, Neſcio &c.* -- AN, NUM, QUID, QUANTUM, QUALE, *&c. dicat, dixerit, dicturus ſit.*

*Dubitabam, Neſciebam, &c.* -- AN, NUM, QUID, QUANTUM, QUALE, *&c. diceret, dixiſſet, dicturus eſſet.*

61. Poſt Verba (Non dubito, Non poſſum intermittere, Non poſſum facere, & ſimilia) ſequitur QUIN cum Subjunctivo.

*Non dubito, dubitabo, &c.* -- QUIN, *facias, feceris, facturus ſis, fueris.*

*Non dubitabam, avi, averam, &c.* -- QUIN *faceres, feciſſes, facturus eſſes, fuiſſes.*

*UT, Utinam, ò SI* { *audiam, audirem-Præſens.* / *audiviſſem- Imperfectum & Perfectum.* / *audiverim - Perfectũ manet.* / *audiam-Futurum.* } *Hic fit mutatio Temporum.*

62. ETSI, ETIAMSI, TAMETSI, QUANQUAM; ab initio ſententiæ frequentiùs cohærent Indicativo: Sed in medio & fine, tàm Subjunctivo, quàm Indicativo.

63. QUAMVIS, LICET, UTUT, frequentiùs aſciſcũt Subjunctivum. quàm Indicativum.

64. UT (ob wol) UTINAM, ò SI, UT (ò daß) Subjunctivum aſciſcunr.

*SI, NISI, &c.* { *audio, audiebam, audivi, audiveram, audiam &c.* / *audiam-Præſens & Futurum* / *audirem-Præſ: Imperfect. & Futurum* / *audiverim- Perfectum & Futurum* / *audiviſſem-Pluſquamperfect. manet.* / *auditurus ſim-Futurum manet.* / *audivero-Futurum & Præterito Futurum* } *Hic quoque fit mutatio Tēporum.*

65 { SI, NISI, NI, SIQUIDEM; Indicativum vel Subjunctivum aſciſcunt, prout ſententia directa vel obliqua eſt.

QUÒD, QUIA, SIMULAC, POSTQUAM, POSTEAQUAM, DUM (in dem) QUAMPRIMUM; aſciſcunt Indicativum vel Subjunctivum, prout ſententia directa vel obliqua eſt.

*Quaſi &c.-dicat, diceret, dixerit, dixiſſet, dicturus ſit, eſſet, &c.*

66. QUASI, CEU, TANQUAM, PERINDE, AC SI, cum Verbis junctæ, aſciſcunt Subjunctivum.

67. DUM, MODÒ, (wann nur/Nur daß) aſciſcunt Subjunctivum. Dum audiat, Modò audiat—wenn er nur hört/Nur daß er höre.

---

*Eheu, quàm pingui macer eſt mihi taurus in arvo!*

68. Interjectio ſæpe ſine Caſibus nudè ponitur in oratione.

*Væ mihi!*

69. VÆ aſciſcit Dativum.

*Eheu conditionem!*

70. EHEU, Accuſativum.

*Heus bone vir! Ohe libelle!*

71. HEUS, OHE, Vocativum.

*O' vir amicus! O' me perditam! O' Dave!*

72. O', Nominativum, Accuſativum, Vocativũ.

*Hem miſero mihi! Hem inconſtantiam! Hem Megadore!*
*Hei miſero mihi! Hei inconſtantiam! Hei Megadore!*

73. HEM, HEI, HEU, Dativum, Accuſativum, Vocativum,

*Vah inconſtantiam! Vah mi homo!*
*Ah me miſerum! Ah mi homo!*
*Proh hominum fidem! Proh ſumme (Deus*

74. AH, VAH, PROH, Accuſativum & Vocativum.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN